



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Par Sanctorvm Svvibertvs & Plectrvdis**

**Gelenius, Aegidius**

**Coloniae, 1640**

Delineare Monvmenta in Honorem S. Plectrvdis ...

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9556**

sauris strenue ampliavit. Grimoaldus vero predicti Radbodonis Frisonum Dux filiam duxit vxorem: Præterea Pipinus in Ioppilia villa super Mosam sita agerare cœpit, & ad se visitandum inuitauit Grimoaldum. Qui adueniens ciuitatem Leodium & Basilicam S. Lamberti Martyris intravit, & ibi ante Sanctum ipsum corpus se in orationem prostrauit cumq[ue] orationem ex deuotione, & desiderio precepsisset a crudelissimo & impio viro Raingario in ipsa oratione intersectus est. Tittebaldus filius eius parvulus loco eius Maior domus succedit. Insecuto quoq[ue] tempore idem Pipinus Dux moritur, & in Capra monte sepelitur: Reliquit superstitem filium Carolum ex Alpabeida. Post obitum eius Plectrudis prefata matrona consilio suo atq[ue] regimine cuncta gerebat, quæ etiam sub ijsdem diebus Carolum priuignum per multos dies Colonia sub custodia habuit, sed postea auxilio Dei liberatus est: Chipericus post h[oc] & Raginfredus adunata hostili plebe Ardennam syluam transiunt, ab alia parte prestolante Radbodone cum exercitu suo: Inde ad Coloniam Vrbem super Rhenum flumen peruerunt, regiones illas pariter deuastantes, sed munera multa & Thesauros a prefata Plectrude accipientes Coloniam intactam relinquentes reuersi sunt. Quos Carolus prosecutus usq[ue] Parisios properauit, & eos in fugam conuertit: Deinde Coloniam reuersus ipsam Ciuitatem cœpit, & prefata Plectrudis reseratos Patris sui thesauros sibi restituit, Ipse quoq[ue] cuncta dominio suo subiicit. At verò Plectrudis plena operibus bonis & eleemosynis Deo seruiens in castitate & humilitate perfecta plena dierum in eadem vrbe obiit, & in monasterio suo sepeliri voluit:

DELINÉARE MONVMENTA IN HONOREM S.  
PLECTRUDIS à Maioribus nostris erēcta & huic lucubratiuncula ea  
subtexere pretium operæ fuisset, sed quod numero plura spassim occurrant,  
in eorum locum substituo carmina quæ illustres & Gene-  
rosissimi Domini FERDINANDVS & GEORGIVS LUDOVI-  
CVS Comites de SCHWARTZENBERGH pro gratioſa sua  
in me Authorem propensione in Diuam illiusque sa-  
crum Capitolium luserunt.

In sacrum Vbiorum Capitolium.

Hic vbi nunc cernis' Capitolia strūcta viator,  
Aula fuit Ducibus, Principibusq[ue] Domus.

Aula fuit; sed magnifico iam regia luxu  
Inscribi titulo conueniente potest.  
Non cuius tectum radiante resulgeat auro  
Aut latus argento vestibulumq; micet;  
Sed gavis opulenta sacris & splendida Diu-  
electrudis meritis reliquiasq; potens.  
Cedant belligerum capitolia celsa Quiritum  
Incasto quondam templo dicata Ioui  
Hic sacra supremi Capitola cerne Tonantis.  
Non nisi virgineus templo sacrata cheris.  
Illa Triumphali veteres subiere quadriga  
Hostis ubi fausto Marte subactus erat.  
Ex His Angelicis Plectrudis recta quadrigis  
Æthera transcedit cœlitumq; domos.

## EPITAPHIVM S. PLECTRVDIS.

Nemo me lachrymis decoret, nec funera fletu.  
Faxit, at hereo Viuo Beata polo.  
Pro lacrymis totum tumulis inspergite Maium;  
Sint thyma Narcissi, lilia mixta rosis.  
Plectite florigeras PLECTRVDI templo coronas:  
Cui mera dat cœlum gaudia, Terra neget?

## SEPVLCHRV M EIUS GLORIOSVM Erit.

Hic sita Boiugenum PLECTRUDIS sanguis Auorum,  
Magna Palatino stemmate, Magna thoro.  
Magna Drogone Parens, Grimoaldo Martyre Maior.  
Alpaidisq; odio Maxima facta Polo.  
Magna Patrocinio Lamberti Praefulsi, inq;  
Curriculo vite, Martyrioq; fuit.  
Magna Marianum condens, Capitolia Templum:  
Magnaq; Virginei Claustra locando chori.  
Nomina sunt magna hec: par gloria magna coruscab.  
Celica, qua Magno digna fuere DEO.  
Si Carolus magnis dicatur Magnus ab actis:  
PLECTRVDI dici Maxima iure potest.

APPEN-